



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

**Parisiis, 1644**

XXXX. Imagines sacrae praecedente episcopi visitatione, in ecclesiis collocentur, neque praetextu noui miraculi erigatur capella aut altare nouum, nisi episcopus loci de eo negotio ante definierit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15644**

ANNO  
 CHRISTI  
 1527.

exemplo pernicioso interdum compertum est, solennitates huiusmodi nuptiales sic in latebris & occulto factas clandestinis matrimoniis viam aperuisse, & occasionem dedisse contemnendi tam excellens sacramentum, & lasciuias ac spurcicias quasdam committendi.

Sed cum ex clandestinis matrimoniis grauia eueniant in dies scandala ac pericula, volumus omnes contrahentes, consulentes, scienter interessentes, auxiliantes, & adiuuantes sententiæ excommunicationis ipso facto subiacere.

De clandestinis matrimoniis non attentandis.

XL.

Et vt nihil sine discretione in ecclesia Dei fiat, expediens & rationabile visum est, propter lasciuas imagines & veritati scripturæ non conuenientes, si in posterum, præcedente episcopi aut commissi eius iudicio & visitatione, imagines in ecclesiis collocentur.

Ex multorum fida relatione didicimus, simplicem populum aliquando leui assertione miraculorum ad vnum & alterum locum populariter concurrisse, candelas & alia vota obtulisse. Vt igitur credulæ simplicitati nobis commissæ plebis consulamus, & nouis impudentibusque hominum mente corruptorum ad quæstum occasionibus obuiemus; sacro approbante prouinciali Concilio, districte prohibemus, ne quis posthac miraculum de nouo factum prætendat: neve intra aut extra ecclesiam, titulum, capellam, aut altare prætextu noui miraculi erigat, aut populi concursum in miraculi gratiam & venerationem recipiat: nisi prius loci episcopus de negotio quid sentiendum tenendumque sit causa cognita decreuerit.

*Concilii postrema conclusio.*

Et quia parum esset iura & statuta condere, nisi essent qui ea tuerentur & executioni demandarent, idcirco volumus, statuimus, & ordinamus sub pœnis ante dictis, omnia & singula supra scripta, sic, vt præmittitur, in dicto sacro prouinciali Concilio decreta, statuta & ordinata, per omnes suffraganeos nostros in suis Synodis intimari & publicari, illaque in futurum inuiolabiliter obseruari, executionem huiusmodi pœnarum eisdem nostris suffraganeis tenore præsentium committentes. In quo-